

**Thomas Ricklin, Quisquilia di filologia dantesca: La «conoscenza delle api per lo frutto» (Conv. IV, xvii, 12)**

**Dante Alighieri**, Convivio, IV, xvii, 11: (...) Potrebbe alcuno però dire, contra me argomentando: poi che la felicitade della vita contemplativa è più eccellente che quella dell'attiva, e l'una e l'altra possa essere e sia frutto e fine di nobilitade, perché non anzi si procedette per la via delle virtù intellettuali che delle morali. 12] A ciò si può brevemente rispondere che in ciascuna dottrina si dee avere rispetto alla facoltà del discente, e per quella via menarlo che più a lui sia lieve. Onde, perciò che le virtù morali paiano essere e siano più comuni e più sapute e più richieste che l'altre e imitate nello aspetto di fuori, utile e convenevole fue più per quello cammino procedere che per l'altro: ché così bene [non] si verrebbe alla conoscenza delle api per lo frutto della cera ragionando come per lo frutto del mèle, tutto che l'uno e l'altro da loro procede.

**Exsultet** (G. Fuchs / H. M. Weikmann, *Das Exsultet. Geschichte, Theologie und Gestaltung der österlichen Lichtdanksagung*, Regensburg, Verlag Friedrich Pustet, 1992, p. 34, vv. 58-69)

In huius igitur noctis gratia,  
suscipe, sancte Pater, laudis (incensi) huius sacrificium vespertinum,  
quod tibi in hac cerei oblatione sollempni,  
per ministrorum manus  
de operibus apum, sacrosancta reddit Ecclesia.

(...)

Alitur enim liquantibus ceris,  
quas in substantiam pretiosae huius lampadis  
apis mater eduxit.

**Ambrogio**, *Exameron*, V, 21 in eodem, *Opera, Pars prima*, a cura di C. Schenkl (CSEL 32, 1), Praga, Tempsky, 1897, pp. 189s.:

(...) in omni genere animantium communem omnibus subolem habent, unam omnes incolunt mansionem, unius patriae clauduntur limine. In commune omnibus labor, communis cibus, communis omnibus operatio, communis usus et fructus est, communis volatus – quid plura? – communis omnibus generatio, integritas quoque corporis virginalis omnibus communis et partus, quoniam nec inter se ullo concubitu miscentur nec libidine resolvuntur nec partus quatiuntur doloribus et subito maximum filiorum examen emitunt e foliis atque herbis ore suo prolem legentes.

**Alberto Magno**, *De animalibus libri XXVI*, a cura di H. Stadler (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters 15) Münster i. W., Aschendorffsche Verlagsbuchhandlung, 1916, l. VIII, t. 4, c. 3, 152s.:  
Apes autem accipiunt ceram a floribus et congregant ipsam primo cum pedibus anterioribus a flore colligentes eam; deinde convertunt eam pedibus mediis et involvunt circa coxas pedum posteriorum, et tunc primo volant cum ipsa et temptant pondus eius an ducere possint. Adhuc autem quando evolat apis, non multum attendit diversitatem florum: non enim dimittens unum quaerit alium, sed insidet uni cuicunque: et si colligit ex uno quo indiget, statim reddit ad alvear suum et deponit illud. Si autem non sufficienter invenit in uno, tunc vadit ad alium, et sic circuit donec sufficienter inveniat. Non autem facile potest distingui et enumerari quod et quanta colligat neque qualiter collecta adunet, quia hoc per visum non est expertum. Quomodo vero accipiunt ceram, multotiens visum est super arbores olivae et tiliarum et miriae flores. Sed super olivam manent apes longo tempore propter spissitudinem foliorum eius et florum.

**Benvenuto da Imola**, *Comentum super Dantis Comoediam*, a cura di J. Ph. Lacaita, Firenze, Barbèra, 1887, vol. I, p. 530 cf. *Georgica* IV, 67-87.

(...) quod apes maxime faciunt strepitum resonantem, quando volunt facere bellum civile inter se; sicut quando duo reges earum habent discordiam inter se; tunc enim apes animosae faciunt cantum et stridorem raucum quasi ad modum clangoris tubarum, et signum belli ad incitandum suos ad pugnam, et provocandum suos hostes: et glomerantur omnes circa ducem, et faciunt illa miracula, quae describit Virgilius in quarto Georgicorum.